De his que in utero habent iudicii tempore.

[V]e illis qui in utero habent et ubera dant in illis diebus. Er
go conceptio criminosa est. atque ubi primitia nuptiarum sunt. Et
quoniam Saram dominus benedixit et peperit. Quoniam Anna orauit et ge
nuit. Quoniam Rachel filios benedicta suscepit. Numquid errauerit apostolus.
Quo dominus errare non potuit. Sed in apostolis est dominus locutus. ideo nec illi erra
re potuerunt. Quomodo ergo concordare poterit discordia litterarum. Sed quia ibi bellum
est certamen ad spiritum pacis. Pax enim dixit. Mulier enim cum parturit tristi
ciam habet. quia uenit hora eius. cum autem pepererit. iam non meminit
tristicie. Et subiecit. Et uos modo quidem tristiciam habetis. iterum autem ui
debo uos. et gaudebit cor uestrum. ut ostenderet perfectorum
esse letari. nutare infirmorum quasi adhuc incerta metuentium. Sed et hic
in superioribus dixit. Edebant et bibebant. nubebant et uxores ducebant.
ligantes scilicet se in hanc uitam. et sollicitudinibus secularibus uincientes. Hec
sunt utique pregnantes quibus ue dicitur. qui aerumnam sue carnis extendant. et quibus
interiorum gressus pigrescant animorum. effete uirtutum. sterilesque interiorum.
Sed nec ille pregnantes a donationis exortes sunt. qui in bonorum actuum moli
mine constitute. nec dum aliquis suscepti operis dedere processus. Sunt enim et qui
dedi timore conceperunt. qui dicunt. de timore tuo concepimus et parturi
uimus. Sed non omnes pariunt. non omnes perfecti. non omnes possunt dicere. peperimus spiritum
salutis tue. non omnes marie. que de spiritu sancto christum concipiant. ubi pari
ant. Sunt enim qui abortiuum excludant uerbum. antequam pariant. Sunt que in
utero christum habeant. sed nondum formauerint. quibus dicitur. Filioli mei quos
iterum parturio. donec formetur christus in uobis. Ergo qui adhuc in utero
sunt. parturiunt quasi imperfecti. iam illi perfectiores quibus dicit. ego uos per eu
angelium genui. Multi patres per euangelium et multe matres que christum pariunt.
Quos in quibus christi monstret parentes. Ipse monstrauit dicens. Que mihi est mater.
aut qui fratres. Qui fecerit uoluntatem patris mei qui in celis est. ipse mihi et frater et so
ror. et mater est. Fac uoluntatem patris. ut christi mater sis. Multe conceperunt
christum. et non generauerunt. Ergo que parit iusticiam. christum parit. que parit